

Verbum derivatum ἀμολγάζω „in umbra esse meridiana“, cum pecus requiescit atque daemon meridianus (cf. P. Bourget, *Les démons de midi*) silvas et pascua peragrat, unde defluxit symbolon Pythagoraeum ἐν μεσημβρία μὴ καθεύδειν. Cum Graeco μεσημβρίζω eiusque onomasiologia optime quadrat nostrum *plandovati* (~ *pladne podne* „meridies“) „in umbra esse meridiana“. Ex quibus sequitur distinguendum esse inter nomen actionis ἀμολγός „mulctus“ et nomen adiectivum ἀμολγός „opacus, nubilus, umbrosus“, cf. J. Pokorny, *Idg. et Wb.* 724. nam haec nomina diversae sunt stirpis. Poeta noster bene docet 15, 324 μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῶ, quocum comparandus est locus hymni Homerici in Mercurium 6. ubi Iovis ἀκμή h.e. καίρος amatorius describitur.

Glossa Laconica βλαγίς ex antiquiore forma mlg- deducenda caret praefixo *a-* de quo Lj. Crepajac libro laudato plurima exempla et perspicua argumenta collegit, inter quae series *a-urōra ā-usōs* iuxta sanscr. *usās-* et tuscum *usil* sine ullo praefixo formata summi est momenti.

Beograd

M. Budimir.

A F R I C A E

Africae gentes fera seruitutis
uincla ab annoso patiuntur aevo
Sancta Libertas, precibus tot optatam
adde salutem!

Bedford (England).

G. M. Lee.